



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Dvellvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

D V E L L V M

D V L I A.

monij, talius est contra statuta homi-
nū dimittere copulatos, quām disun-
gere coniugios contra statuta Dei, c.
licet de testi. In rebus quoque ambi-
guis, absolutum non debet esse iudici-
um. c. habuisse. 33. d.

D V E L L V M.

¹D V E L L V M, id est, duorum bel-
lum, indicens, & acceptans, sive
pro veritatis manifestatione, sive ad
virium ostentationem, sive spectaculi
gratia, sive ad propulsandam ignomi-
niā, sive ad terminādā litem ciui-
lem, vel criminalem, peccatum mor-
tale est. Quia eligitur percussio proximi,
& expositiō propriæ, & alienæ vi-
tae, mortis pericula, absque sufficienti
causa. ² Idem modo dico, quando de
cem contra decem pugnauit propter
eandem causam. Si tamen quis iniuste
inuaditur, potest bellando se tueri. Si
militar lictum est bellam iustū duel-
lo definire, quando habens iustū hel-
lum, videt se succumbere: vitiorum enim
vitribus suis prout melius potest. hzc
Caieta. ibi. sed diffusius in secunda se-
cundæ. q. 95. circa fin.

² P R I N C I P E S cōcedentes duella,
mortaliter peccant, si tamen ex ratio-
nabili causa permittant, sicut permit-
tunt meretrices, secus esset.

³ D V E L L V M prohibetur. c. monos-
machia. 2. q. 3. Et Matth. 4. vbi dicitur,
non tentabis dominum tuum. Et mortaliter peccant omnes dantes
auxilium, consilium, & fauorem, &
valentes prohibentes ex officio, & non
prohibentes, nisi ut dictum est) extra-
ordinariis causa non prohibeant. &
omnes aspicientes, & de tali actu dele-
stantes, mortaliter peccant, secus quā
do displiceret.

⁴ C L E R I C O S duellum prouocās
debet deponi, estque irregularis, & si
mois, vel mutilatio non interuenie-
rit, episcop⁹ potest dispensare. ca. 1. de
cle. pug. in duel. etiam si alium pro se
pugnare faciat, est irregularis. c. 2. co-
tit. Et mandans, consulens, vel defen-
dens, si sequitur homicidium, vel mu-
tilatio, est irregularis. in dicto cap. 2.
Dispensat tamen Episcopus cum cle-
re.

tico in beneficio habito, vel de nono
habendo, solum pro suslentatione, si-
ne tamen animarum cura, in dicto cas-
pi. 2.

⁵ S: quis ab aduersario cogatur inite
duellum, alter vt suspectus de aliquo
crimine occidetur, hoc dicit Arch. flo.
4. titu. 4. circa fin. de mente Rayn. cito
tis multorum opinionibus nou esse
licitum, & talem mortaliter peccare,
licet iniurie intret duellum, & solū vt
vitā conseruet. & idem videtur senti-
re Thom. suprā, minus peccat nihil-
minus, quām si sponte iniret.

⁶ M O R I E N T E S in duello, si appa-
reant signa contritionis, debent seperi-
ri in sacro, quia non prohibetur nisi
mortientibus in torneamentis, & quia
pœnæ non sunt extendendæ, ideo nō
debet extendi ad morientes in duello,
nec etiam in hastiludio. Hanc viam
sequitur Panormita. in capitulo secū-
do, de tornea. & communiter alij Sū-
mistra.

⁷ I D E M dic de iudicio ferri canden-
tis, & aquæ bullientis, quia eodē mo-
do prohibetur, de purg. vulg. ibi vide.
& secundum Thom. vbi suprā.

D V L I A.

¹ D V L I A, & Hyperdulia, suprā A-
doratio. §. 8.

E B R I E T A S.

¹ E B R I E T A S voluntaria, & pre-
cognita (ob delectationem in po-
tu immoderato vini, vel eius quod in-
ebritare potest, secundū doctor.) com-
muniter est mortale peccatum, quia
homo imponit sibi necessitatem vin-
culi tollantis rationis usum. Si autem
non sit intenta, vel præcognita, non
est mortalis culpa. Similiter si sit non
propter delectationē, sed ratione me-
dicinæ excusat, & non est mortalis, &
excusat a peccatis ex tali ebrietate pro-
uenientibus, nisi talia sint præuisa, &
non prouisa. Nam talis sciens suā cō-
ditionem, debet prouidere, ne possit
talia committere, quando erit ebrius.
Quando autem ebrietas est culpabi-
lis, non excusat a peccatis sequentib⁹,
licet ea aliqualiter alleuieret. Dat enim
operari rei illicitæ, ideo sibi imputan-
tur

